

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua
etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani
nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium
Vsvm Ac Prixin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

§. 4. De Capitulo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](#)

Pars II. Praxis

I. **N**unquam omittuntur, etiam in Triduo S. Hebdomadæ.

II. In Dominicis & Ferijs sumuntur ex Psalterio, in Festis vero ex Laudibus, de Communi Sanctorum, nisi propriæ in Proprio de Tempore, aut Proprio Sanctorum assignentur.

III. Tempore Paschali in Dominicis & Ferijs omnes Psalmi dicuntur sub una tantum Antiphona. In Festis verò cuilibet Psalmo subjungitur Antiphona, & in illius fine aditum Alleluja, nisi jam antè in illa reperiatur. A Septuaginta usque ad Pascha omittitur Alleluja, si Antiphona cum iam adjunctum sit.

IV. In Duplicibus integræ in initio & fine Psalmi dicuntur. Si Antiphona cum principio Psalmi conveniat, non repetitur initium, nisi Antiphona Alleluia subjungatur.

§. III.

De Psalmis.

I. Semper dicuntur quinque Psalmi, (solo Sabbato sancto excepto) qui in Dominicis & Ferijs sumuntur ex Psalterio, in Festis vero ex Communi Sanctorum, nisi alij in Proprio Sanctorum, aut de Tempore assignentur.

II. Clauduntur semper per Gloria Patri, exceptâ Festa quintâ Cœnæ Domini, & die Parafœves. In Officio Defunctorum illius loco substituitur Requiem.

§. IV.

De Capitulo.

I. Nunquam omittitur, nisi in Triduo ante Pascha usque ad Dominicam in Albis exclusivè, & in Officio Defunctorum.

II. In Dominicis & Ferijs sumitur ex Psalterio; in Festis vero ex Communi Sanctorum, nisi pro utrisque aliud in Proprio de Tempore aut Sanctorum assignetur.

III. In fine subjungitur DEO gratias.

§. V.

De Hymno.

I. Semper dicitur, excepto Officio Defunctorum, & Triduo Sante Pascha usque ad Dominicam in Albis exclusivè.

II. S.